

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1143

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

hominum deleatur, cujus nomen libro vite ascribi a deo largitore omnium bonorum precibus impetramus. hic enim deum suum constituit heredem, perpetue dei genitrici Marię fecit testamentum et thesaurum suum in celo reposuit, ubi erugo nec tinea demolitur, hereditatis eterne gloriam expectans, quam oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. notum igitur esse cupimus tam futuri 5 quam presentis seculi fidelibus, quod predictus venerabilis *Cunradus* temporibus Heinrici imperatoris et episcopi *Canonis* patris mei, defuncto fratre suo Hugone, pro remedio anime illius et omnium parentum suorum sex ministeriales suos Gosbertum videlicet, Hartvicum, Gosbertum, Rauthgerum, Uolevvinum, Gosbertum cum possessionibus, filiis et familiis et omni eorum successione ecclesie Argentinensi, que est 10 beate Marię, secundum constitutionem legum eo jure, quo ab antecessoribus suis eos possedit, donavit ea videlicet ratione, ut ei, quamdiu superstes est, sicut ministeriales serviant, postmodum vero michi meisque successoribus sine omni censu vel alterius juris exactione sicut ministeriales fideles ecclesie serviant. hanc autem donationem prescriptione triginta annorum secundum sacros canones tuemur et 15 firmam atque inconvulsam esse anathematis vinculo confirmamus. ait enim Gelasius papa¹: placuit enim huic sanctę et magne synodo, ut res vel privilegia, que dei ecclesiis ex longa consuetudine pertinent et sive a divine recordationis imperatoribus sive ab aliis dei cultoribus in scriptis donata et ab eis per annos triginta possessa sunt, nequaquam a potestate presulum earum quecunque persone seculares sub- 20 trahant^a. quisquis ergo secularium contra presentem diffinitionem egerit, tamquam sacrilegus judicetur et, donec se correxerit et ecclesie propria privilegia seu res restituerit, anathema sit. facta est autem predicta donatio attestantibus duce Frederico, Oudalrico de Hurningen, Ottone de Geroltteshegge, Merbotone de Borre, Sigefrido hujus civitatis advocato², Sigefrido burgravio, Hugone causidico, Brunone 25 preposito, Rudegero preposito et aliis quam plurimis. et privilegium hujus rei eo tempore datum est, quod postea in destructione ecclesie divina ultione^b incendio consumptum est³. unde et hoc privilegium reformari jussimus. temporibus quoque predecessoris mei bone memorie episcopo Gebehardo prefatus *Cunradus* prepositus omnes ministeriales suos cum prediis, filiis et universis possessionibus suis eo jure, 30 quo priores sex, per manum advocati sui beate Marię legali astipulatione delegavit, ut videlicet ei, quamdiu vita comes est, sint obnoxii ac deinde michi meisque posteris episcopis Argentinensibus eo tenore, quo predicti ministeriales, serviant.

a) *Grandidier* add. aut per argumenta qualibet auferant. sed sint omnia in potestate ac jussu presulis ecclesie, quecunque intra triginta annorum spatium ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur aus 35 *Decret. Gratiani l. c.* b) *In divina ist dem a ein o und dem Wort ultione ist juditio abergeschrieben.*

¹ Gleichlautend mit dem *Decretum Gratiani part. II caus. 16 quest. 3 cap. 8.* (Cfr. Richter *Corp. jur. canonici I*, 680) aus den Beschlüssen der Synode von 869 unter Pabst Hadrian II.

² Diese erste Schenkung Konrads muß in die Jahre 1109—1123 fallen, 1109 wird noch Anselmus 40 als advocatus genannt, s. nr. 68.

³ Es kann der Münsterbrand von 1130 oder 1140 gemeint sein. Cfr. *Mon. Germ. SS. XVII*, 88.

qui vero de familia ejus sit, ea lege constitutionis beatę Marię cum omni eorum posteritate tradidit, ut post mortem ipsius masculus duos, femina unum denarium secundum consuetudinem terrę camerario Argentinensis ecclēsię persolvant. similiter et predia sua in Griez, in Oderatehusen, in Adelloheswilre tam in agris quam in
 5 pratis, tam in silvis quam in fluminibus, beatę Marię legitime tribuit ea ratione, ut eis, quamdiu deo annuente vixerit, utatur, deinde in potestatem et usum meum et posteriorum meorum episcoporum libere et perpetualiter transeant. quia igitur tanta facta prudentis viri, qui domum suam edificavit supra firmam petram, per-
 10 petuę memorię commendare cupimus, hoc privilegium fieri jussimus et sigilli nostri impressione signavimus. et ut firma permaneant, ex auctoritate beati Petri et domini pape Innocentii¹ et nostra precipimus. et si quis hęc infringere temptaverit, anathema sit. acta sunt hęc anno ab incarnatione domini 1100^a sub rege Cōnrado et Gebehardo Argentinensi episcopo², me quoque presente, qui eo tempore fui prepositus Avellani, attestantibus etiam subscriptis religiosis personis: Adelgoto
 15 preposito, Karulo decano, Berhtolfo custode, Berhtolfo cantore, Reginhardo³, Heinrico ceterisque canonicis, Heinrico advocato, Uualtero, Adalberto causidico, Ualfrido vicedomino, Uuicerammo, Gotefrido, Gelfrado, Simundo et aliis quam plurimis, regnante domino nostro Jesu Christo.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2707 or. mb. c. sig. pend. Das Siegel Bischof Burchards gut erhalten.

Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Wärdtuccin Nova subs. dipl. VII, 118 nr. 46. — Fürstenberg. Urk.-B. I, 61 nr. 86.

89. Burkardus episcopus Argentinensis testatur, se dissensionem inter canonicos ecclesię sancti Thomę Argentinensis et Haselacenses de reliquiis sancti Florencii
 25 ortam sedaturum Haselahe venisse ibique 8 kalendas novembris aperta theca reliquias veras sancti Florencii invenisse, sequenti vero die circumstantibus abbatibus de Maurimonasterio et de Altorf, Bertholdo Argentinensi thesaurario et loci illius preposito et omnibus fere canonicis plumbeam tabellam inter ossa ex improvise apparuisse testantem, Racionem episcopum Argentinensem Florencium confessorem
 30 7 iduum novembris in Avellanum transtulisse. qua re omnem occasionem dubitationis esse amputatam⁴. « ego ad edificacionem et concordiam. » acta sunt hęc

Oct. 25

Nov. 7

a) Hinter MC ein kleiner leerer Raum gelassen.

¹ Pabst Innocenz II, 1130—1143.

² Also in die Jahre 1138—1141 fällt die zweite Schenkung Konrads.

35 ³ Wohl identisch mit dem religiosus clericus Reinhardus Argentinensis ecclesię sanctę Marię prepositus, dem Bruder Adelberts von Rappoltstein, der in einer Urkunde des Bischofs Ortlieb von Basel aus diesen Jahren erwähnt wird. Er, sein Bruder und dessen Söhne nebst Tochter übertragen ihre Besitzung in der villa Nugerol dem Kloster Beinwil für den Unterhalt ihrer Mutter Adelheid. Or. im Stifts-A. Mariastein, gedruckt im Solothurner Wochenblatt 1824 p. 255 = Trouillat Mon. de Bäle I,
 40 294 nr. 193; Urkundio I, 35. — Schweiz. Urk.-Reg. nr. 1744.

⁴ Vergl. darüber Ch. Schmidt l. c. p. 133 ff., D. St-Chron. VIII, 71 und IX, 641 und Wattenbach Schriftwesen des Mittelalters S. 44.

anno incarnationis dominice 1143, indictione 6, Innocencio papante¹ et Conrado II regnante. 1143 [nach October 26].

T aus Straßb. Thom. A. Registrande A fol. 182^b von einer Hand des ausgehenden 14ten Jahrh. geschrieben.

Gedruckt ebendarnach bei Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 124 nr. 48; Schneégans L'égl. de s. Thom. p. 300; Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 287 nr. 3. Ich finde keinen Grund, mit Wattenbach Deutschl. Geschichtsq. II⁴, 397 die Urkunde für unecht zu halten.

90. *Bischof Burchard von Straßburg bestätigt die von und unter seinen Vorgängern Cuno und Gebhard sowie zu seiner Zeit dem Straßburger Hospital gemachten Schenkungen. 1143.*

: In nomine sancte et individue trinitatis. : quoniam magnarum rerum oblivio ex temporis vetustate vel torpore neglegentie nobis solet surrepere, scripto memorie solemus commendare, que annorum successione stabiliter volumus continuare. igitur ego Burchardus gratia dei Argentinensium episcopus notum facio omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, quod ex communi petitione burgensium predecessor noster Cōno episcopus totum loci spacium, quod est a coquina nostra inter murum et fossatum usque ad proximam portam contra monasterium² ad usum hospitalis ibidem constituti et curiam extra civitatem retro sanctum Petrum sitam libere donavit et donationem legitime confirmavit. hujus curie hereditarii possessores singulis annis ad usum hospitalis octo uncias et octo gallinatos persolvunt. ad hęc prenominate episcopo annuente et etiam perpetrante, consentientibus omnibus canonicis et burgensibus, data est eidem hospitali decima pars oblationis, que offertur ad sanctam Crucem. in civitate quoque unum areale in foro juxta locum, qui dicitur Salzhof, Hirmbreth prefato hospitali donavit sub annuo censu, ut ex eo duo quartalia pise et sex tritici ad usum pauperum persolvantur. affuerunt huic donationi Manno, Herbo, Cōnrat, Ezelo et quam plures alii. burgenses quoque omnia lobia juxta murum versus portam, que dicitur porta sellatorum, et unum areale, quod persolvit duos solidos, et inter eandem portam et proximum pontem situm eidem hospitali donaverunt, ut singulis annis quatuor uncię et octo denarii eidem persolvantur. et eo jure videlicet hęc donata sunt, quo oblationes animarum offerri et constitui usus obtinet ecclesiarum. facta sunt vero hęc presentibus canonicis: Brunone preposito, Burchardo cantore, Hessone scolastico, Eberhardo custode, Bertholfo camerario et ceteris, presentibus etiam et astipulantibus bonę memorię laicis: advocato Anshelmo, Mannone, Cōnrado, Ezelone, Harggero, Sigefrido burgravio, Friderico, Ōdalrico et multis aliis. facta sunt autem hęc Heinrico Romanorum imperatore regnante, predicto Cōnone in Argentinensi ecclesia presidente et hęc

a) *H eodem.*

¹ Pabst Innocenz II war schon am 24. September 1143 gestorben.

² Ueber diese und die folgenden Straßburger Localitäten vergl. Silbermann Localg. der Stadt Straßb. 40 S. 29 ff., Strobel a. a. O., D. St-Chron. IX, 738 u. 926, Straßb. Gassen- u. Häusernamen S. 149 ff.

legitime hanno suo confirmante¹. in diebus etiam bonę memorię Gebehardi
 p̄decessoris nostri venerabilis episcopi multę donationes factę sunt eidem hospitali.
 donavit igitur Ōdalricus burgensis duo arealia extra portam civitatis versus sanctum
 Michahalem ad usum hospitalis pro remedio anime suę et suorum parentum, quorum
 5 alterum quatuor denarios sancto Thome, alterum viginti denarios persolvit ecclesię
 sancti Martini. donavit quoque eidem^a Gelfrat in Sciltencheim marcha mansum unum
 et unum areale sub testimonio probabilium virorum Adelberti, Hugonis et etiam
 Hugonis, Ōdalrici, Sigefridi et aliorum quam plurium. datus est ibidem ager unus,
 cujus partem mediam Bugo, alteram partem Berolf clericus donavit per manum
 10 Hugonis et Waltheri sub honesto testimonio. in Lamperthem marcha agrum unum
 Cōno eidem^b obtulit presente Harggero, Sigefrido, Reimmaro. in Chunneshoven
 marcha agrum unum Cōnrat obtulit sub eodem testimonio. locus macellorum, omni-
 bus burgensibus tam divitibus quam pauperibus consentientibus et annitentibus,
 eidem^c addictus et legitima traditione donatus est. prefatus etiam Gebehardus,
 15 presul egregius communi consensu burgensium juxta claustrum sancti Thome tra-
 didit eidem hospitali locum ad molendinum construendum, ubi etiam molendinum
 est constructum. molendinum quoque in Otherswerth cum aque decursu dimidio eo
 jure et eo modo, quo Manno filius Mannonis habuit, moriens per manum fratris sui
 Gelfradi pro remedio anime suę hospitali dedit Rōdolfo, Adelberto, Ōdalrico, Fri-
 20 derico, Hugone, Johanne, Burchardo testificantibus. de quo etiam molendino fratribus
 sancti Thome singulis annis viginti tres denarii persolvuntur. nos autem, quia
 per misericordiam dei in hanc sedem successimus, priora donativa oblationum cum
 his, quę nostro tempore eidem hospitali donata sunt, in una pagina continuare
 decrevimus. quocirca pro petitione pauperum Christi commorantium in hospitali
 25 cupientes ampliare servitium dei capellam ad idem hospitale pertinentem dedica-
 vimus et ei curię nostre partem donantes atrium capelle versus Bruschem amplia-
 vimus. Gelfheradus etiam p̄fatus eodem die dedicationis ad capellam hospitalis
 unum hominem nomine Adelbertum et mansum unum^d pro nomine dotis
 donavit et abstipulando possidendum perpetuo contradidit. Ernnest quoque duo
 30 jugera per manum ejusdem Gelferadi domini sui eidem^e in Honheimvelth donavit.
 acta sunt autem hęc adtestantibus tam clericis quam laicis: Adelgoto p̄posito,
 Bertholfo cantore, Hartpertho scolastico, Bertholfo custode, Cōnrado camerario,
 Heinrico advocato, Walfrido vicedomino, Walthero causidico, Gelfherado, Johanne
 et aliis quam pluribus. hęc autem prenominata et hospitali quocumque tempore
 35 donata et, quecumque in presentiarum possidet vel in futuro possidebit, precipimus
 in verbo dei et auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli et domni pape
 Innocentii et nostra sub anathematis vinculo confirmamus, ne quisquam ea sibi
 usurpare vel distrahere audeat vel in alium quam in usum pauperum expendere

a) H eodem. b) H eodem. c) H eodem. d) *Kleiner leerer Raum gelassen.* e) H eodem.

40 ¹ Diese Schenkung muß in die Jahre 1105—1116 fallen, denn 1116 begegnet uns bereits Sigefrit als advocatus, s. nr. 69.

presumat. et ut majorem confirmationem habeant et inconvulsa in perpetuum permaneat, scribi et inpressione sigilli nostri curavimus hec insigniri. gesta sunt autem a nobis hec ab incarnatione domini nostri Jesu Christi anno 1143, indictione 6, regnante Cōnrado rege anno regni ejus 5.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 1 nr. 21 or. mb. c. sig. int. subt. impr. mutilato.
Gedruckt darnach bei Strobel Vaterl. Gesch. d. Els. I, 380.

5

91. *Zeizolf Custos des Jung St. Petersstifts zu Straßburg bestimmt, daß die bei Begräbnissen dem Messpriester dargebrachten Spenden in gleichen Theilen unter die Canoniker vertheilt werden sollen. 1143.*

: In nomine sancte et individue trinitatis. : notum sit omnibus in Christo 10
 fidelibus tam futuris quam presentibus, quod ego Zeizolfus custos ecclesie sancti
 Petri, que est in suburbio Argentine civitatis, fratribus meis canonicis in eadem
 ecclesia deo servientibus et servituris cum consensu domini nostri episcopi Burk-
 hardi, qui tunc temporis etiam noster fuit prepositus, hanc caritatem impendi, ut,
 quocienscumque ipsi aliquod funus ad monasterium sancti Petri, in quo deo serviunt, 15
 cum processione produxerint missaque pro eo celebrata usque ad sepulturam prose-
 cuti fuerint, omnem oblationem, que ad manum sacerdotis in eodem funere missam
 celebrantis oblata fuerit, custos porte ejusdem claustrum vel quilibet alius canoni-
 corum ad hoc ministerium ad arbitrium fratrum suorum electus colligat et eam
 inter fratres suos equaliter dividat sic, quod nec custos illius ecclesie plus quam 20
 quilibet alius fratrum suorum inde accipiat. hanc autem caritatis institutionem ne
 quis deinceps episcoporum vel prepositorum vel custodum predictis fratribus impensam
 diminuere vel destruere possit, ad confirmationem et corroborationem ejusdem rei
 hanc chartam conscripsi. et prefatus pontifex *Burkhardus*, cujus auctoritate hec res
 subnixa est, suo sigillo jussit signari. hec autem acta sunt anno ab incarnatione 25
 domini 1143, indictione 6, regnante rege Cōnrado, ecclesiam vero Argentinensem
 regente *Burkhardo* venerabili episcopo, testibus subnotatis hec affirmantibus :
Adalgotus prepositus, *Karulus* deccanus, magister *Harbertus*, cantor *Bertholfus*,
 custos *Bertholfus*, Cōnradus camerarius, *Heinricus* portenarius, *Heinricus* predictae
 ecclesie advocatus, *Uualtfridus* a vicedominus, *Uualtherus* causiticus, *Johannes*, 30
Burkhardus, *Otto*, *Symundus*.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 4707 or. mb. c. sig. int. subt. impr. delapso.
Gedruckt bei Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 123 nr. 47 ex libro statutorum colleg. s.
Petri junioris.

a) *Durch Siegelspuren schwer leserlich geworden. Grandidier liest : Sigismundus*

35

92. *Bischof Burchard von Straßburg befreit das Kloster Schwarzach vom Durchgangszolle zu Straßburg. [1143] Straßburg.*

In nomine sancte et individue trinitatis. notificamus universitati tam presentium quam futurorum, qualiter ego Burchardus dei gracia Argentinensis ecclesie
 5 episcopus pro reverencia beati Petri apostoli et omnium sanctorum apud Swarcza
 celebrium remisi venerabili fratri^a domino Chunrado abbati prefati loci et succes-
 soribus suis theloneum, quod exigebatur ab hominibus suis victualia fratrum
 monachorum atque sua propria per civitatem Argentinam transvehentibus ita
 videlicet, ut nullus ministrorum suorum vel succedentium sibi abbatum vel quis-
 10 quam hominum illuc pertinentium et ibidem habitantium theloneum atque aliquam
 exactionem donent theloneario seu alicui exactori de civitate nec de vino neque de
 qualibet fruge nec quibuslibet animalibus nec aliquibus rebus sibi natis vel ubi jus^b
 sive mercatura urbana conquisitis in domesticis usibus insumendis. si forte vero
 quisquam prefatorum per mercature negociationem se deducere et mercando augeri
 15 voluerit, per hanc manfirmitatem forensem pensionem hujus nostre civitatis atque
 juris evadere non valebit. hanc autem remissionem nostram ne quisquam perversorum
 seu successorum meorum inmutare presumat, privilegium hoc conscribi et
 sigillo nostro consignari fecimus, ut, quicumque inmutare presumat, omnipotentis
 dei indignationem et beati Petri apostoli vindictam in se sentiat et incurrat. hec
 20 autem facta sunt in consistorio Argentinensi, consentiente Helpherado tunc thelo-
 neario, anno incarnationis dominice 1144, indictione 6, epacta 3, concurrente 4,
 presentibus Adelgoto majoris domus preposito, Bertoldo custode, Chunrado came-
 rario, Karulo decano, Bertoldo cantore, Hebehardo^c fratre custodis, Heinricho porten-
 nario et archidiacono, Harperto scolastico, Eberhardo archidiacono, Reinhardo
 25 archidiacono, Ludewico archidiacono et ceteris fratribus; de laycis vero personis:
 Heinricho advocato, Walfrido vicedomino, Walthero sculteto, Burchardo Puero,
 Hugone dapifero, Johanne, Hugone de porta lapidea, Odalrico longo et fratre suo
 Rudolfo, Symone quoque et Hugone, Gothefrido^d et Ottone et iterum Ottone,
 Walthero ministro, Anselmo, Reinmaro, Ruthardo, Burchardo, Angesele et omnibus
 30 melioribus urbis. acta sunt autem regnante feliciter Chunrado gloriosissimo rege
 Romanorum secundo anno regni sui 4¹. Ludewicus notarius scripsi.

*K aus Karlsr. G. L. A. Papiern. Copialbuch der Abtei Schwarzach nr. 733 fol. 15 um
 1400 geschrieben. Die Indictions-, Epacten- und Concurrentenziffer sowie die Zeugen-
 reihe, darunter namentlich Karulus decanus, der 1143 schon in das Kloster St. Arbo-
 35 gast tritt, weisen übereinstimmend auf 1143 als Datierungsjahr.*

*Gedruckt darnach bei Wärdtwein Nova subs. dipl. IX, 345 nr. 178. — Düngé Reg. Bad.
 S. 44.*

a) *K add. nostro durch untergesetzte Punkte getilgt.* b) *Offenbar corruptiert, vielleicht ubivis?*
 c) *K Hebelardo.* d) *K Hothefrido.*

40 ¹ *Mindestens um 1 zu niedrig.*

93. *Bischof Burchard von Straßburg beurkundet die Neueinrichtung des Klosters St. Arbogast nach der Augustinerregel. 1143.*

Ad honorem summi regis totius boni fontis, ortus et finis. ego Burchardus ipsius gratia sancte Argentinensis ecclesie episcopus tam presentis quam futuri temporis fidelibus innotescere disposui, qualiter in ecclesia beatissimi pontificis Arbogasti prefatae civitati^a contigua canonicæ vitæ religionem secundum regulam et auctoritatem magistri doctoris Augustini, præcedente et subsequente nos juvamine sancti spiritus, initiaverimus. sanctæ memoriæ Hezil episcopus¹, qui me non parvo tempore in episcopatu præcesserat, instinctu divino succensus, quin et ipso beato Arbogasto, ceu^b veridico majorum relatu cognovimus, revelante commonitus, secum diu cepit tractare, quomodo locum illum, in quo nunc ecclesia memorati sancti presulis honori dicata cernitur, continuo famulatu dei decorare potuisset. noverat etiam sine causa non fuisse, sanctum Arbogastum quondam secretis orationibus suis specialiter ipsum locum delegisse. cujus sanctitatis excellentia ne posteros omnino lateret, miranda dei virtute, aliquando absente navigio, præmisso sanctæ crucis signaculo flumen præterfluens sicco transiit vestigio². convocatis igitur sanioris consilii tam clericis quam laycis, quod jam diu mente conceperat, coram omnibus exponebat, ut videlicet, quod solus minime præsumeret, ipsorum consensu et favore perficere valeret. quod cum omnibus placeret, omnes una voce fieri perficique concorditer acclamarent, præsul venerandus locum cum primoribus adiit, ecclesie parietes ampliavit et prudenti usus consilio nonam partem omnium reddituum episcopatus totius eidem ecclesie mancipari perpetuo decrevit. accersitis itaque religiosis personis die noctuque divinis laudibus in eadem ecclesia vacare intendentibus, magnum civibus gaudium multoque majus apud omnipotentem deum sibimet providit hujusmodi studio præmium. postmodum vero seu subsequentium negligentia præsulum seu peccatis exigentibus hominum paulatim religio divini cultus inibi adeo atepuit et defecit, ut quod pridem sancte ac religiose viventes juste possederant, e converso minus animarum suarum saluti prospicientes illicite sibimet usurparent et, quod vitæ communis professoribus præfatus episcopus instituerat, in secularium clericorum partirentur octo præbendas. cumque non modico tempore tam miserandæ permutationis dispendia vigerent, accidit non ut estimo casu, sed dei nutu pro velle suo disponentis omnia, majoris domus decanum virum admodum religiosum nomine Karolum³ ejusdem ecclesie fieri præpositum, qui scilicet, ut erat religionis amator, considerans, immo valde perhorrens eundem locum, ut dixi, communi vitæ deputatum a non ejusdem vitæ dilectoribus occupatum, frequenter me familiarius adiit

a) *B* prevati civitate. b) *B* seu.

¹ *Bischof Hezil von Straßburg, 1047—1065. Vergl. darüber Grandidier Oeuv. inéd. II, 28 und D. St-Chron. IX, 630 und 746.*

² *Das Wunder erzählt die dem Straßb. Bischof Uto (950—965) zugeschriebene vita s. Arbogasti bei Grandidier Hist. de l'Égl. de Strasb. I pr. j. p. 30—34 nr. 18.*

³ *Karolus als Straßburger Domdecan erwähnt in den nr. 85, 86, 88.*